

EL *LIBER ANNIVERSARIORUM* DEL ANTIGUO CONVENTO DE SANTA CATALINA DE BARCELONA

Se publica hoy, por vez primera, el *Liber Anniversariorum* que formaba parte del llamado “*Liber Anversariorum et Professionum*” del antiguo Convento Dominicano de Santa Catalina V. y M., de Barcelona. Era este libro una verdadera joya que guardaba aquel famoso cenobio de nuestra ciudad.

Desgraciadamente para las patrias letras, el original desapareció en fecha desconocida. Quedan del mismo dos copias del siglo XVIII en la Biblioteca de la Universidad de Barcelona. Una es del P. Sebastián Prats, O. P., sabio profesor de la Universidad de Cervera, o por lo menos mandada hacer por él, y de la que nos servimos en este trabajo. La otra, de autor anónimo, no se diferencia de la anterior, sino por unas pequeñas variantes que para nada afectan a lo esencial del texto, y acompañan al mismo manuscrito de esta segunda copia unas notas marginales con unas fechas aproximadas al principio de cada apartado, a fin de que el lector tenga una idea de la época en que murió el personaje del que se hace el elogio. Las publicamos aquí también, para que sirvan como de guía histórica al lector del *Liber Anniversariorum*.

El *Liber Anniversariorum et Professionum*, según vemos en nuestra copia, tenía por subtítulo: *Kalendarium conventus Sanctae Catharinae virginis et martyris Barcinonae*, y aun se añade: “cujus autographum in tabulario ejusdem conventus servatur”. Era un volumen que contendría cinco tratados muy diversos, excepción hecha de los dos primeros, que hacen referencia a la fundación de los aniversarios.

Los otros tres tratados son: *Liber Professionum novitiorum: Assignationes librorum*, a saber, una especie de registro de entrada

y salida de los libros de la biblioteca de Santa Catalina, y, por último, el libro titulado: *Quaedam extraordinaria communia*, muy corto. Todos estos tratados se encuentran copiados en el manuscrito del P. Prats, pero en orden muy diverso¹.

De estos cinco libros o tratados, que nosotros sepamos, no ha sido publicado más que el titulado: *Assignationes librorum*, muy interesante, porque en el mismo se refleja el movimiento cultural de Sta. Catalina en los siglos XIII y XIV. Lo publicó hace unos años el sabio dominico alemán P. Denifle².

Hemos dicho que el *Liber A.* forma parte del *Kalendarium* y así lo citan Diago y otros autores repetidamente. Le precede una pequeña introducción, en la que su iniciador Fr. Bernardo Bach, Prior durante algunos años de Sta. Catalina y contemporáneo de S. Raimundo, exhorta al ejercicio de la caridad en favor de las almas de aquellos que en su vida habían ayudado al Convento de diversos modos, y manda, al mismo tiempo, que los nombres de estos bienhechores sean inscritos en la Kalenda y recitados sus nombres, como se practica con los nombres de los hermanos difuntos en el día del aniversario de su fallecimiento. Aun hoy día, después de la lectura del Martirologio, se hace en la Orden Dominicana una memoria, en general, de los hermanos, parientes y bienhechores del Convento, sin mencionarlos a todos en particular, cosa ciertamente muy difícil. Únicamente se hace excepción con los Maestros Generales de la Orden en el aniversario de su defunción.

Aunque la mayoría de los nombres citados en el libro de los aniversarios sean de bienhechores del Convento, no ha de confundirse este libro con el de los bienhechores de Sta. Catalina. El libro de los bienhechores, propiamente tal, todavía no ha sido publicado³.

El *Liber Anniversariorum* fué empezado, según se desprende del mismo texto, en tiempo del prior Bernardo de Bach. Sabemos por el *Liber Professionum*⁴ que la dignidad prioral la obtuvo di-

¹ Es el ms. 15-2-23 de la Biblioteca Universitaria de Barcelona. Los tratados van transcritos en este orden: Fols. 99-156: *Liber Professionum noviciorum*. Fols. 161-172: *Quaedam extraordinaria communia*. Fols. 177-196: *Liber Anniversariorum*. Fols. 205-224: *Assignationes librorum*.

² «Archiv. f. Literatur u. Kirchengeschichte des Mittelalters» 2(1886)241-248.

³ Ms. conservado en el Archivo histórico de la Provincia Dominicana de Aragón, en Barcelona.

⁴ Ms. citado, pág. 13-14, en un extracto del citado «Liber Professionum».

cho distinguido prelado tres veces o durante tres períodos de tiempo diversos: la 1.^a vez los años 1261-67; la 2.^a, en 1270-72, y la 3.^a, en 1277-81. El libro, pues, hubo de ser empezado entre 1261 y 1281. Muy posiblemente lo sería en el último de los indicados períodos. Así lo hace pensar la nota del texto (pág. 17) referente a San Raimundo de Peñafort, redactada seguramente después de la muerte de este santo (a. 1274).

El *Liber Anniversariorum* escrito sin ninguna pretensión de hacer historia y con la única finalidad de recordar a los moradores del convento, presentes y venideros, las almas de aquellos que tanto habían ayudado al esplendor del mismo, a fin de que diariamente las tuviesen presentes en sus oraciones, redactado todo en lenguaje preciso y austero, propio del que escribe un registro o unas sencillas notas, tiene hoy día una capital importancia histórica particular y aun general, puesto que por sus páginas desfilan una serie de apellidos ilustres, lo mejor de nuestro pueblo en aquellas centurias, todos ellos vinculados a Sta. Catalina con lazos de devoción, afecto y simpatía.

Indudablemente las susodichas copias del siglo XVIII concuerdan con el original, excepción hecha de unas pequeñas variantes, cosa casi siempre inevitable en las copias. Como se conservaban las copias en la biblioteca cerca del autógrafo, de existir alguna alteración o engaño en el texto, prontamente hubiera sido notado.

Es muy probable que estas copias hubieran sido hechas con el fin de facilitar la lectura del original, cosa difícil para los profanos en paleografía, por tratarse de escritura de los siglos XIII, XIV y XV principalmente.

En el texto que transcribimos se distinguen claramente dos partes. En la segunda, la más larga, los *obitus* o aniversarios están dispuestos siguiendo el orden de los días del calendario. Las noticias van acompañadas de dos clases de notas marginales, referentes, las unas, al número del folio y página que ocuparía la noticia en el volumen original (*autographum*), y las otras, a la calendación, precedida de la *littera dominicalis* (a, b, c, d, e, f, g,), tal como es costumbre en el calendario eclesiástico.

En la primera parte las noticias sólo llevan la nota marginal referente al folio y página. Va precedida esta parte de una introducción, según ya se ha dicho, del prior Bernardo de Bach y aun

de unos párrafos sobre el nombre y contenido de todo el volumen.

Hecha la transcripción bastantes años atrás, cuando residíamos en Barcelona y para nuestra uso particular, ahora creyendo poder prestar un modesto servicio nos decidimos a publicarla. Para terminar queremos expresar el agradecimiento más sincero al P. José M.^a Coll, O. P., por su entusiasta colaboración en la preparación de este trabajo.

TEXTO *

LIBER ANNIVERSARIORUM ET PROFESSIONUM

Kalendarium Conventus sanctae Catharinae Virginis et Martyris Ordinis Predicotorum Barcinonensis cuius authografiū in Tabulario ejusdem Conventus servatur.

[fol. 1 col. 3] Liber iste continet in primis duobus sextinis Obitus: in tertio sextino profesiones Novitiorum: in quarto asignationes Librorum qui ad Conventum pertinent: in quinto quaedam extraordinaria communia. Quicumque scripserit in libro hoc, litteram grossam et bene legibilem faciat.

[col. 4] Quoniam dignum et justum est, et consonum rationi, quod illis qui nobis temporalia administrarunt, eisdem spiritualia impendamus, cum aliqui amici nostri de nostrarum orationum suffragiis confidentes in testamentis suis ordinaverint, quod anniversaria fiant nobis annuatim pro eis, et quod in die anniversarii ipsorum conventus noster procuretur de bonis eorum certos ad hoc redditus assignantes. Idcirco nos Fr. Bernardus de Baccho, prior Conventus Fratrum Predicatorum Barchinonensis, talium devotionem et eleemosinam attendentes, ordinamus et statuimus quod quilibet anno per nos et succesores nostros in perpetuum fiat in conventu nostro pro illis qui talem ordinacionem fecerunt, vel in posterum sunt facturi, anniversarium in hunc modum: In primis ordinamus quod anniversaria eorum scribantur in Kalendario et recitentur in conventu annuatim, sicut fratrum obitus recitantur, et quod illa die missa conventionalis pro eis celebretur, sive sid de festo, sive de tempore, vel de defunctis et quod quilibet sacerdos pro talibus unam collectam in missa dicere teneatur.

* Barcelona, Bibl. Universitaria, ms. 15-2-23, fols. 177-196.

Poterit tamen prelatus superaddere secundum exigentiam meritorum. Item ordinamus quod quandcumque aliquis ordinaverit perpetua ordinatione quod faciamus pro eo anniversarium praeter istos qui sunt inferius nominati, anniversarium suum scribatur in libro isto post istos per eundem modum quod istorum anniversaria sunt notata, et similiter compleatur. In anniversariis autem temporalibus et ex casu aliquo contingentibus, ut cum aliqui volunt procurare Conventum vel oblationes offere pro olio non perpetua ordinatione sed speciali devotione, in missa conventuali dicatur una collecta pro illa persona, et quilibet sacerdos in missa privata unam collectam.

[fol. 2] Primo hic ascripti invenientur quorum beneficiis factae sunt officinae perpetuae in conventu isto seu consummatae:

[1268]

Anno domini MCCLXVIII. idibus novembbris obiit apud Hispalim dominus Berengarius de Muncada civis, Barchinonensis, et vassallus domini regis Castellae qui Ordini nostro devotus ob remedium animae suaे elegit sepulturam in conventu nostro Barchinontensi et fecit se deportare ibidem, fecitque in eodem conventu aedificari capellam in honorem sanctae Mariae Magdalena, et mandavit corpus suum in ea sepeliri. Edificavit etiam in eodem conventu dormitorium et cellas dum adhuc viveret. In obitu vero suo ad consummationem edificiorum dicti conventus legavit magnam pecuniae quantitatem de qua fuit claustrum aedificatum, refectorium, infirmitorium, hospitium et coquina.

Ideoque prior et fratres ejusdem conventus respondentes devo-tioni ipsius, premissa diligentि deliberatione ordinaverunt concorditer quod in perpetuum in ipso conventu, ejus anniversarium, quantum ad missam, sollempniter celebretur sicut in aliis anniversariis Ordinis celebratur et quod singulis septimanis in VI feria missa conventualis sive sit pro defunctis, sive de tempore, vel de sanctis pro ipso specialiter celebretur, necnon quod secundus ebdomadarius in missa pro defunctis unam collectam pro ipso specialiter in perpetuum dicere teneatur, et quolibet anno in die anniversarii sui quilibet sacerdos in perpetuum pro eo celebret unam missam⁵.

⁵ Berenguer de Moncada fué uno de los grandes bienhechores del Convento de Sta. Catalina. No solamente dispuso que su cuerpo fuese enterrado en su iglesia en la capilla de Santa Magdalena que él costeó, sino que a su generosidad se debe gran parte del Convento: el claustro, el refectorio y otras dependencias.

[1275]

Manumisores domini Poncii de Alesto fecerunt nobis magnam elemosynam de bonis illius ad consummationem ecclesiae nostrae, ita quod fere tota ultima arcuata a superlimine portalis usque ad tectum cum fenestra rotunda facta est de bonis suis; et ratione tantae eleemosynae et devotionis quam habuit ad Ordinem, ad instantiam manumisorum ordinavit conventus quod fiat pro eo anniversarium solemniter, annuatim in perpetuum.

Isti sunt autem qui in testamentis suis ordinaverunt, quod anniversaria fiant in conventu nostro annuatim pro eis, et quod conventus eadem die procuretur de bonis eorum, certos ad hoc redditus assignantes:

[1248]

Dominus Berengarius Gerardi construxit in vita sua altare beatae Katerinae et ordinavit in testamento suo quod dominus Jacobus filius suus et haeres procuraret de bonis suis Conventum in perpetuum in festo sanctae Katharinae, et dicto domino Berengario mortuo, conventus propter necessitates suas vendidit dictam procurationem dicto domino Jacobo; qui post vendicionem et pretii solucionem ob remedium animae suae et parentum suorum, dum vixit, fecit dictam procurationem multum splendide et multum honorifice. Et in fine vitae suae ordinavit in testamento, quod perpetuo annuatim in festo sanctae Katharinae dentur nobis .c. solidos pro dicta procuratione facienda, quos assignavit super leudas quas habebat in civitate Barchinonae ita quod domina Berengaria de Olzina soror sua vel haeres suus teneatur nobis dare annuatim .l. solidos in dicto festo et Bernardus de Riera nepos suus vel haeres suus teneatur dare alios .l. solidos in dicto festo perpetuo annuatim. Manumisores etiam dicti domini Jacobi construxerunt nobis totum Capitulum de bonis illius. Idcirco propter tam magna beneficia et devotionem ipsorum ordinavit conventus quod in die obitus ipsius domini Jacobi fieret solemniter anniversarium pro ambobus perpetuo annuatim.

[1261]

Guillelmus Canaderii ordinavit in testamento suo, quod singulis annis perpetuo fiant sex anniversaria pro eo in ecclesia nostra et pro quolibet anniversario dentur nobis quator aurei de quibus procuretur conventus. Et quod unum anniversarium fiat in die obitus sui; aliud in festo sanctorum Juliani et Basilisae; alia autem quatuor secundum quod Fratres ducerent ordinandum. Ad solucionem dictorum au-

reorum faciendam perpetuo annuatim asignavit vineam suam quam habebat apud curiam comitalem. Et ordinavit quod presbyter altaris sanctae Eulaliae quem instituit frater Raymundus de Rosanis teneret dictam vineam per manum sores suos ad certum censem stabilitam et solveret conventui dictos aureos annuatim. De hujus Guillelmi Canaderii bonis edificatum est altare sancti Juliani cum capella in ecclesia nostra, et facta domus latinarum et dormitorium prolongatum et consummatum, multaque alia bona ab ipso fratribus provenerunt. Idcirco conventus ordinavit, quod in die obitus sui missa conventualis pro eo solemniter celebretur et quilibet sacerdos celebret unam missam pro eo et fratres qui non sint sacerdotes dicant .vii. psalmos penitentiales pro eo et laici .c. pater noster. In aliis quinque anniversariis fiat pro eo sicut in aliis anniversariis superius est notatum: Primum anniversarium in die sancti Juliani, vel in crastino Epiphaniae; secundum, .ix. kal. februarii; tertium, .ii. kal. februarii, scilicet ultima die ianuarii; quartum, .vii. idus februarii; quintum, idibus februarii; sextum, .v. idus martii, in quo scilicet die ipse obiit.

[1258]

Dominus Arnaldus de Pax, canonicus Barchin, et stator domini episcopi ordinavit in testamento suo quod in die anniversarii sui perpetuo annuatim dentur nobis pro quolibet fratre qui in illa die presens fuerit in conventu .iiii. denarii per secundum presbiterum altaris sancti Matthei. Et conventus ordinavit quod fiat annuatim anniversarium pro eodem.

[1265]

Raymundus de Bagnariis dimisit nobis .lx. solidos Barchin. censuales pro duobus procurationibus annuatim faciendis pro duobus anniversariis, sed ex causa rationabili et necesaria vendidit prior et conventus dictos .lx. solidos censuales et obligavit se conventus ad faciendum in perpetuum dicta anniversaria annuatim.

[1265]

Domina Ermensendis de Mesclans dimisit nobis .cc. aureos de quibus emerentur posesiones, de quarum redditibus procuraretur conventus in die anniversarii sui. Et ex causa similiter rationabili et necesaria conventus posuit dictos .cc. aureos in necessitatibus suis et obligavit se ad faciendum in perpetuum pro ea dictum anniversarium.

[1256]

Dominus Bernardus de Rosanis miles ordinavit quod in die obitus sui singulis annis in perpetuum et in die similiter obitus Dominae

Elicscendis uxoris suae procuretur conventus noster et faciat anniversarium pro utroque. Et ad istas duas procuraciones annuatim in perpetuum faciendas assignavit duas posesiones et redditus quos habebat Valentiae. Et ordinavit quod presbiter altaris sanctae Eulaliae quem instituit frater R. de Rosanis teneret illos redditus, et faceret dictas procuraciones, sicut patet in publico insrumento cuius traslatum est in deposito nostro, et originale habet dictus clericus.

[1278]

Domina Pereta uxor quondam domini Poncii de Alesto ordinavit in testamento suo quod manumisores sui emerent de bonis suis .l. solidos Barchin, censuales de quibus singulis annis in perpetuum procuraretur conventus noster in die anniversarii sui et quod fratres celebrarent illa die et orarent Dominum pro ea. Ordinavit etiam quod Bernardus Andree nepos suus et heredes sui teneret posesiones seu redditus qui emerentur de bonis suis pro dictis .l. solidis censualibus conventui persolvendis.

[1252]

Domina Saurina uxor quondam Petri Grunnii ordinavit in testamento suo quod manumisores sui emerent de bonis suis tres morabatinos censuales de quibus singulis annis in perpetuum fiat pitancia conventus in die anniversarii sui et fratres celebrent illa die et orent Dominum pro ea. Ordinavit etiam quod presbiteri instituti per dictum Petrum Grunnii⁶ in duobus altaribus ecclesiae sancti Michaelis tenant posesiones dictorum trium aureorum et dent eos fratribus singulis annis in die anniversarii sui.

[1272]

Obiit A. de Arlet civis Barchin. .xviii. kal. octobris anno Domini .MCCLXXII. qui stabilivit anniversarium .xxxv. solidorum apud Predicatores et apud domum Minorum .xxxv. solidorum et apud Sedem .xxx. solidorum et ad haec tria anniversaria facienda assignavit redditus et exitus quos habebat apud Bitulonam.

[1284]

Anno Domini .M.CCLXXXIII., .vi. nonas ianuarii obiit domina Maria Matarona et ordinavit in suo testamento quod de bonis suis emerentur .iii. morabatini censuales in alodio de quibus procuretur conventus fratrum predicatorum Barchin. annuatim, quos morabatinos

* Pedro Gruny fué uno de los primeros bienhechores que tuvieron los fundadores de Sta. Catalina. Durante tres años, desde 1219 a 1222, la Comunidad de Sta. Catalina vivió en unas casas del citado Pedro, "in dominibus Petri Grunii apud Sanctum Jacobum", es decir, en la parroquia de S. Jai'e. Vide la noticia de la p. 17.

teneat uxor Bonanati Çabatarii et post vitam ejus haer[ed]es sui ita quod teneantur facere dictam procu rationem annuatim.

[Ante fol. 1] Dominus P. de Capellatis ob remedium animae suaे ordinavit et instituit perpetuo quod duae lampades ardeant die noctu-que in ecclesia nostra coram altari beatae Virginis Mariae, altera co-ram altari beatae Mariae Magdalena. Et est instrumentum inde con-fectum quod nos habemus. Pro dictis autem duobus lampadibus debent ministrare oleum rector primi presbiteratus altaris sanctae Mariae sanctaeque Eulaliae sedis Barchin. quicumque pro tempore fuerit.

[fol. 1 col. 1] Quoniam in agendis illud videtur eligendum pre-cipue quod verisimiliter Deo magis placere debeat, et per quod fructus verisimiliter sequatur optatus; Nos frater Bernardus de Bacho Prior et conventus fratrum Predicatorum Barchin. Attendentes quod eleemosinae quae vocantur anniversaria ordinanda in decedentium ultimi-mis voluntatibus, frequenter lapsu temporum seu illorum ad quos pertinet negligentia juxta decedentium desideria, peccatis exigentibus non servantur, quod quidem si negligenter agatur, cedit in magnum periculum et infamiam heredum, seu aliorum ad quos haec perficienda fuerant obligati et in damnum non modicum defunctorum qui sperato beneficio defraudantur; considerantes etiam quod si hujus-modi anniversaria multiplicarentur in Ordine nostro, posset nobis cedere in notam vel speciem proprietatis alicujus posessionum vel redi-tuum temporalium qui assignarentur pro his anniversariis faciendis; cupientes supradictis et consimilibus obviare periculis et tam vivorum, quam defunctorum ad quod ista pertinere noscantur providere saluti, sic quantum in nobis est deliberatione habita duximus ordinandum quod pretium seu legitima aexistimatio rerum, sive reddituum de qui-bus ista deberent fieri annuatim, totaliter post defunctorum hujusmodi obitum solverentur. Et conventus qui eleemosynam reciperet antedi-ctam teneretur in die obitus eorum annuatim pro quibus fieret tam in missis quam aliis sufragiis spiritualibus juxta datam a Domino scilicet gratiam respondere. Et insuper statim post obitum illius vel illorum pro quibus eleemosyna fieret antedicta, fratres tam sacerdotes, quam alii tenerentur pro hujusmodi beneficio sic in continentि recepto, ad certum missarum numerum certaque spiritualia sufragia persolven-da, prout videretur decens et expediens consideratis circumstanciis uni-versis. Per hanc siquidem viam atque sufragia post obitum in conti-nenti soluta, animae pro quibus fierent vel liberarentur a purgatorio vel alleviarentur in tantum, quod penam sic abbreviatam multo facilius postmodum sustinerent, quousque paulatim tum per anniversaria su-

pradicta, tum per cotidiana sufragia quae continuo fiunt in ordine pro benefactoribus, liberatae omnino ad speratam gloriam evolarent. Actum est hoc kalendis februarii anno Domini .M.CCLXXII.

OBITUS

[1252]

[fol. 4 pag. 1 | a kal. ianuar.] Anniversarium Reverendissimi Domini Petri de Sintillis episcopi Barchin. cuius sepulcrum in nostra ecclesia non videtur haberi, sed valde dilexit Ordinem nostrum ut videre est hic .xxviii. die martii ubi est obitus ejus notatus, quo etiam conventus recepit quolibet mense pro pictancia prima die mensis triginta solidos. Sed jam nunc totum simul pro his, et pro aliis recepit conventus prima die aprilis quingentos quinquaginta solidos⁷.

[1370]

[d | .ii. nonas] Anniversaria .xii. nobilis Dominae Mariae Alverez, filiae regis Jacobi secundi, comitissae Empuriarum, unum quolibet mense in primo die veneris, pro quibus celebrandis reliquit .xxiv. libras annuales rendales quas solvere tenetur conventui beneficiatus sancti Barnabae in Sede Barchin., licet reductio facta fuerit ad .xi. libras. Cujus corpus sepultum in sepulchro honorifico alte elevato circa altare majus versus sacristiam cum uno parvulo suo ad pedes ejusdem.

[1525]

[pag. 2 | b .xvii. kal. februarii] Anniversarium Domini Gabrielis Tries jurisperiti cuius corpus sepultum fuit cum habitu Ordinis in medio capellae Corporis Christi “en lo carner del Rossos” anno 1525 vel circiter, pro cuius anniversario solemniter celebrando, et pro uno trentenario Sancti Amatoris sic vulgariter nuncupato quolibet anno celebrando, reliquit de eleemosyna annuali .cliii. solidos quos hucusque solvit ejus filius cum speciali obligacione in posse notarii Dominici Cellés.

[1312]

[fol. 5 pag. 2 | d .viii.] Anniversarium domini Bernardi de Massaneto, cuius sepulchrum habetur in angulo claustrorum infra ortum cum lapide quadrato super terram modicum elevato et desuper scripto in lapide coherto; et similiter anniversaria .xii. unum quolibet mense eleemosynae triginta solidorum; sed nunc totum simul recipit con-

⁷ Sobre Fray Pedro Centelles, cf. S. PUIG, *Episcopologio de la Sede barcinonense*, Barcelona, 1929, pág. 200-205, y DIAGO, *Historia*, fol. 107.

ventus .ccclxviii. solidos quos solvit quolibet anno in mense junii beneficiatus Sancti Juliani in ecclesia Sanctae Mariae de Mari.

[fol. 6 pag. 1 | a] Kal. februar. sicut kalendis ianuarii et similiter prima die cujuslibet mensis.

[1254]

[b .viii. idus] Obiit dominus Fr. Berengarius de Castro episcopali, episcopus Gerundensis. Ipse emit partem loci in quo edificata est ecclesia nostra, et bonam eleemosynam ad constructionem ecclesiae ipsius. Dedit etiam conventui capellam suan episcopalem, et preter haec contulit conventui multa bona. Vocavit etiam fratres apud Gerundam et dedit eis locum in quo habitant⁸.

[1528]

[d .vi.] Anniversarium Domini Petri Suares militis sancti Jacobi de Spata pro cuius eleemosyna conventus recepit ab Universitate ac civitate Barchinon. anno quolibet .xxiv. die mensis septembris .lxxxx. solidos .xi. denarios.

[1252]

[pag. 2 | g .iii.] Obiit Berengarius de Palatio. Ipse fuit devotus Ordinis et dedit partem simiterii et fecit opus B. Petri martyris.

[1517]

[b idus] Anniversarium dominae Eulaliae Beneta Carbonelli pro cuius eleemosyna conventus recepit .viii. solidos et pro unius missae celebratione de ante quolibet die veneris .xxxx. sol. “encara que es la propietat per ella lexada entre tot .lx. ll. esmersades a raó de .xxv. per mil, sobre la ciutat de Barcelona, rebedors dits .xxxxviii. sol a deu del mes de abril”, cuius corpus cum habitu sepultum est cum multis aliis de sua parentela “en llur propria capella del Crucifix de la Claustra en lo pilar y estrep de la iglesia”.

[1521]

[d .xv. kal. marci] Anniversaria tria dominae Beatricis Daperosa et domini Joannis viri ejus, quorum corpora sepulta sunt cum habitu Ordinis inter fratres nostros in claustro prope Capitulum, pro quibus tribus anniversariis sollempniter celebrandis manumisores eorum consignarunt conventui .x. libras annuales et rendales et .viii. solidos super generale Cataloniae, “les quatre lliures en lo mes de mars, les .vi. ll. .viii. ss. en lo mes de agost. Són los altres aniversaris a .xv. de juliol y .xv. de octubre”, qua die obiit.

⁸ Sobre Fray Berenguer de Castellbisbal cfr. DIAGO, *Historia*, fol. 108 y VILLANUEVA, *Viage literario*, vol. 17, p. 211-213.

[1527]

[e .xiiii.] Anniversarium dominae Eulaliae Sala pro cuius eleemosyna conventus recipit quolibet anno .x. ss. esmerciatos cum illis .lxx. ss. quos recipit .xvi. hujus mensis a Jacobo Carbonell de la Coma. Sed in Kalendario verius ponitur celebratio unius anniversarii .xx. die mensis martii. Et corpus ejus cum habitu sepultum fuit “en lo vas de Mosen Mas, Notari de Barcelona, qui va de la porta de la esglesia a la capella de Misericordia” anno .MDXXVII.

[fol. 7 pag. 1 | c .viii.] Anniversarium domini Bernardi de Massaneto; et sunt .xii. anniversaria pro anima hujus et pro quibus intendit celebranda ut supra hic est notatum .xxv. die mensis januarii et ejus sepulcrum, licet istud debeat celebrari die immediate sequenti.

[d .viii.] Obiit Berengarius Gerardí. Ipse fuit devotus Ordini, et beneficus, et construxit altare beatae Katharinae et ordinavit quod conventus procuretur in perpetuum in festo sanctae Katharinae.

[f .vi.] Anniversarium dominae Elisabetae Vilardella uxor domini Jacobi Botaller jurisperiti de regia Audiencia cuius corpus ... Istos .xxxx. solidos recipit conventus quolibet anno .iii. die februarii super generale Cataloniae cum obligatione partis majoris censualis quod dicta domina recipiebat a dicto generali Cataloniae ut patet in capibrevio grosso conventus, folio .xxxxvi. in fine mensis februarii, et debet celebrari die .ii. sequenti, scilicet .xxvi. die hujus mensis.

[1538]

[pag. 2 | g .v.] Anniversarium dominae Bartolomeuae Sparanga Suaris de tertio Ordine nostro. De aquesta senyora hi ha també misa quotidiana en la capella de S. Vicent Ferrer ahont lo seu cos està soterrat al carner den mitg ab altres dues germanes sues de Tertio Ordine Nostro, totes tres, sed verius una earum, scilicet la Señora Ledona, està lo cos soterrat en lo carner ahont està també la mare e avie de Frare Gaspar Soler assignat a son germà Pere Bellit, candeler de cera en la claustra prop lo símbol y prop la capella de Mosén Rossella.

[1268]

[fol. 8 p. 1 | a .iii. nonas] Obiit Romeus dux Fortis. Ipse fuit devotus Ordinis et construxit sacristiam et altare B. Jacobi et in fine legavit nobis bonam eleemosynam.

[1290]

[pag. 2 | e .vii. idus] Obiit Jacobus de Olivaria qui legavit conventui nostro in universo .lxxii. libras Barchinon. et multa alia bona in

vita sua fecit fratribus. Sepultus est autem in cimiterio nostro anno M.CCXC.

[f .vi.] Anniversarium tertium Domini Bernardi de Massanetto et pro quibus intendit, ut supra notatum est latius .xxv. mensis januarii et ejus sepulcrum, licet istud debet celebrari in die S. Gregorii secundum ejus intentionem et ordinationem scilicet ab hac die, secunda sequenti.

[g .v.] Obiit dominus Guillelmus Canaderii qui ordinavit in testamento suo quod fierent sex anniversaria in anno pro eo et in quolibet anniversario procuraretur conventus. Primum autem anniversarium fiat in die S. Juliani vel in crastino Epiphaniae; secundum, ix kal. februarii, tertium, ii kal. februarii, scilicet ultima die januarii; quartum, vii idus februarii; quintum, idibus februarii; sextum, v idus marci in quo scilicet die ipse obiit.

[1312]

[a .iii.] Fr. Berengarius Camela conversus intravit Ordinem anno Domini m.cccvi in medio madii et legavit conventui unum anniversarium de .xxx. ss. in die B. Gregorii perpetuum, sed de gratia Prioris scilicet Fratris Petri de Prato non dat modo nisi .xxxvii. quamquam aliter ordinavit ante mortem et hoc posuit in suo ultimo testamento.

[1532]

[b .iii.] Anniversarium dominae Elisabet uxoris domini Calmini Ferrer librarii, et Joannis Ferrer notarii filii eorumdem, quorum corpora sepulta sunt in proprio tumulo eorum in claustro primo exint de la clausura del convent devant la capella de Mosen Xifre; pro cuius celebratione conventus recipit .xx. ss. quolibet anno xvii februarii per que foren esmersades per ell .xx. ll. de proprietat amb altres diners y rendas que lo convent rep usque ad summam de .lxx. ss. de'n Jaume Carbonell de la Coma.

[e .xvii. kal. aprilis] Obiit domina Saurina uxor quondam Petri Grunii. Ipsa fuit devota Ordini multum, et in suo testamento ordinavit quod in die sui anniversarii dentur tres aurei nobis de quibus conventus noster in perpetuum procuretur.

[1519]

[fol. 9 p. 1 | f .ix.] Anniversarium domini Joannis Alba mercatoris Gerundensis civitatis pro cuius celebratione conventus quolibet anno recipit de censal per ell encarregat dum viveret in humanis sobre lo mas Martí en la parrochia de Sarrià quaranta quatre sous.

[p. 2 | c .v.] Obiit dominus Petrus de Cintiliis episcopus Barchin. Ipse emit nobis magnam partem monasterii et providit conventui in magna parte vini in vita sua, et legavit etiam conventui bonum legatum in suo testamento. Item habemus pro ipso .xii. procurations annuatim.

[fol. 10 p. 1 | c .ii. Nonas] Anniversarium quartum domini Bernardi de Masaneto sicut et in quolibet mense notatum etiam est, precepue ad longum et ejus sepulchrum in mense januarii pro quorum .xii. Anniversariorum conventus recipit quolibet anno in mense junii a beneficiato S. Juliani de ecclesia Stae. Mariae de Mari totum simul tres cens .lx. ss. et .iv., d. quod debet distribuere in ecclesia nostra in die animarum.

[1275]

[p. 2 | a .v. idus] Obiit dominus Poncius de Alesto, qui multum fuit devotus Ordini, et in fine legavit nobis bonum legatum et postmodum manumissores sui dederunt ad perficiendam ecclesiam bonam et pinguem eleemosynam de bonis suis; Ordinavit autem conventus quod annuatim fiat anniversarium sollempniter pro eo in perpetuum. Istius ossa habentur in tumba prima alta in capella S. Dominici ingrediendo de claustro ad ecclesiam.

[126 . . .]

[b .iii.] Obiit domina Blanca uxor quondam Berengarii de Montechateno ex cuius amicitia et familiaritate quam plurima bona Ordini proveniunt et specialiter huic conventui ubi elegit sepeliri.

[1535]

[fol. 11 p. 1 | b .xv. kal. may.] Anniversarium sororis Joannae Morella matris sororis Margaritae Veteranae de Tertio Ordine nostro, quarum corpora, primae est in novo carnerio de Mossèn Bertomeu Fàbregues devant la capella de la Nativitat, secundae en lo carner devant lo simbol ahont estan moltes mares de frares. Estan estos .xii. ss. de renda y .xii. ll. .viii. de proprietat mesclats ab la renda de la Señora Esperansa Suaris, en febrer⁹.

[1473]

[fol. 12 p. 1] Ad perpetuam rei memoriam. Ego frater Franciscus Vitaliis Mag. et Prior conventus Barchinonae in presenti notifico quomodo Dominus Petrus Johannes del Orde mercator et civis Bar-

* Sor Juana Morell es la fundadora del convento de las Beatas Dominicanas. Lo fundó hacia el año 1522. Cita a Sor Juana el *Llibre dels magnífics Consellers o Rúbriques d'en Bruniquer*, VIII, pag. 85.

chinonae dedit conventui .lx. ll. in uno et critico tempore quando conventus patiebatur maximam inopiam ex reddituum privatione tum ex civitatis dirutione tum ex magna caristia vitualium, et conventus obligavit se ad dicendum duas missas perpetuo, videlicet unam in die veneris et aliam in die sabbati in capella B. Catarinae de Senis cum absolutione super tumulum suorum. Verumtamen conventus in posterum potest quitare dando sibi vel suis heredibus dictas .lx. ll. et tunc minime tenebitur ad dictarum missarum celebrationem. Et fuit decretum factum capitulariter die acceptationis harum missarum quod de primis pensionibus quas conventus recipiet super Generale Cataloniae lueret hanc obligationem.

[1278]

[fol. 13 p. | d .xvii. kal. junii] Anno Domini M.CCLXXVIII, XVI kal. junii obiit domina Pereta de Alesto. Ipsa fuit multum devota Ordini nostro, et in suo testamento legavit nobis .l. sólidos de quibus voluit et ordinavit ita, quod in die sui obitus fiat anniversarium et conventus in perpetuum procuretur.

[p. 2 | g .vi.] Obiit G. de Pinello. Ipse fuit devotus Ordini et longo tempore fuit hospes Fratrum.

[fol. 14 pag. 2 | f .v. idus] Obiit domina Elicsendis de Campo Daurano quae fuit multum devota Ordini et fecit optimam eleemosynam fratribus in vita sua.

[g .iii.] Obiit P. de Cardedol. Ipse fuit devotus Ordini et in suo testamento ordinavit quod heres suus teneatur dare conventui ostias in perpetuum.

[e .xvii. kal. julii] Obiit Ferrarius Aucel qui fuit devotus Ordini et legavit bonam eleemosynam fratribus in suo testamento.

[fol. 15 p. 1 | g .viii.] Anniversarium v.^{um} domini Bernardi de Mananeto sicut et in quolibet mense, pro quorum celebratione recipit conventus simul nunc et hic .ccclxxix. ss., sed isti novem solidi debent distribui in nostra ecclesia in die animarum, scilicet, .v. ex illis in ofertorio panis, et residuos in .vii. psalmis, a beneficiato S. Juliani de sancta Maria de Mari.

[fol. 16 p. 1 | a .vi. nonas julii] Anniversarium domini Jacobi Carles civis Barchinonae cuius corpus sepultum fuit in sepulchro tumbato vel arcuato primo ex duobus prope portale quo itur ad vicum Mercatorum in ingresu patii ante Ecclesiam.

[b .v.] Obiit A. de Pax canonicus Barchin. Ipse fuit devotus Ordini et in suo testamento ordinavit quod conventus semel in anno in perpetuum procuretur.

[1521]

[p. 2 | g idibus] Anniversarium dominae Beatrixis Daperosa et domini Johannis viri sui, quorum corpora sunt sepulta cum habitu Ordinis inter Fratres nostros in primo claustro prope Capitulum; a quibus conventus iste et conventus Montis ilaris Cartusiensium et duo S. Geronimi, scilicet de Valldebron et de la Murtra, qui equis portionibus acceperunt omnia bona eorum, e de part nostra fan a celebrar ad minus tria anniversaria pro quibus vide supra a .xv. de febrer en lo present libre.

[1410]

[fol. 17 p. 1 | c .xv. kal. augusti] Anniversarium Domini Jacobi March et pro quibus intendit, dominus castri de Alapruyano cuius corpus fuit sepultum prius in sepulchro dels Marchs in capella beatissimae V. Mariae Angelorum quae est prima inter capellas ecclesiae nostrae versus altare majus qui obiit anno M.CCCCX vel modicum ante. Apparet de hoc in libro clausularum testamentorum de pergameno cum tabulis grossis ligato fol. .xxxv. et in libro conventus illius anni in receptis¹⁰.

[1375]

[f .xii.] Anniversarium nobiliis dominae Stefaniae de Carrós et de Muro quod sollempniter debet cantari feria sexta ante festum sanctae Mariae Magdalena in altari majori, et fieri absolutio super lapidem nigrum magnum quod est in pavimento majoris capellae de capite ecclesiae de la part de la capella de la Verge Maria dels Angels, pro cuius celebratione conventus recipit .xv. ss. cum aliis quae recipit de missa quotidiana ejusdem Dominae die .xvii. augusti M.CCCLXXV.

[1547]

[p. 2 | a .iii.] Anniversarium dominae Joannae Brisuela de tertio Ordine nostro pro quo est eleemosyna .xvi. ss. et una missa quolibet mense de Requiem et in duabus festivitatibus videlicet Visitationis Virginis Mariae et sanctae. Katharinae martiris, in capella SS. Apostolorum Petri et Pauli in cuius medio corpus ejus fuit sepultum, pro quarum celebratione est eleemosina quae solvitur cum praedicta de anniversario in mense novembri. Stà celebrat après de las octavas de Santa Magdalena dit anniversari.

¹⁰ Jaime March, señor del Castell Araprunyà, es el poeta del mismo nombre y apellido, tío del gran poeta Ausias March.

[1543]

[fol. 18 p. 1 | d .iiii. nonas] Anniversarius dominae Angelae Florença sororis patris nostri Laurentii Ragués, quondam, cuius corpus sepultum in cimiterio Fratrum pro cuius celebratione dimisit .x. ll. de proprietate que són .x. ss. de renda que lo convent reb tots anys al xvii de febrer ab aquells .lxx. ss. que rep de en Jaume Carbonell de la Coma pagès de Cardedeu, per que las deu lliures ab aquellas altres desus foren esmersades, debet celebrari in capella S. Honofrii .xv. hujus.

[1522]

[fol. 19 p. 1 | .xvi. kal. septembris] Obiit P. Fr. Gabriel Puig Magister in S. Pagina et Prior Provincialis totius Provinciae Aragoniae qui rexit predictam Provinciam duobus annis et octo mensibus cum pace, concordia et tranquilitate existente in principio etatis quadraginta et octo annorum.

[p. 2 | f .viii.] Obiit dominus Berengarius Palaciolo episcopus Barchin. qui fuit Pater Fratrum in terra ista et obtinuit a beato Dominico conventum Fratrum, quem adduxit de Bononia ad civitatem Barchinonae et dedit Fratribus Bibliam conventualem et emit fundum monasterii et preter alia bona quae fecit, providit conventui in vino toto tempore vitae suaे.

Stererunt autem Fratres in principio in domibus Petri Grunnii apud Sanctum Jacobum Barchinonae donec mutaverunt se ad locum in quo modo sumus, et dum starent in dictis domibus, intravit ibi Ordinem Reverendus Pater noster frater R. de Penna fortí anno Domini m.ccxxii in die Paresceves, et eodem anno fuit facta pax inter nobilem Dominum regem Jacobum, et nobilem Guileumum de Monte Cathano. Dicebat autem Frater Raymundus quod quando ipse intravit Ordinem jam fuerant Fratres ante per tres annos Barchin. et sic conventus fuit fundatus anno Domini m.ccxix.

[1264]

[fol. 20 p. 2 | d idibus septembris] Obiit domina Guilema de Pulcro loco anno Domini m.cclxiiii. Ipsa fuit multum devota Fratribus multis annis, prebens eis hospicium et procurans ilariter, et ipsa hedificavit altare beati Pauli, ad cuius ministerium missale dedit et calicem; et in fine habuit conventus bonam eleemosynam de bonis suis.

[1230]

[e .xviii. kal. oct.] Obiit magister Martinus canonicus Barchin. Ipse fuit devotus et beneficus Ordini et construxit altare beatæ Ka-

tharinae in prima ecclesia et eorum testudinatum superius, et inferius, cum altare beatae Mariae¹¹.

[1265]

Obiit R. de Riera canonicus Barchin. Ipse fuit devotus Ordini et dedit conventui unam bonam Bibliam et construxit capellam et altare sancti Michaelis in infirmitorio cum ornamentis suis.

[f. 21 p. 1 | d .xii.] Obiit A. de Arlet qui instituit anniversarium 35 solidorum. Obiit R. P. Fr. Marcialis Auribelli de Avinione Magister Generalis Ordinis Predicotorum qui rexit Ordinem .xx. annis, tum semel fuit absolutus in Capitulo Generali a Papa Pio et post in Capitulo inmediate sequenti quod fuit celebratum Novariae in Lombardia fuit reasumptus et reelectus mortuo primo Pontifice, et regnante Paulo II et illis tribus annis fuit Megistar Ordinis Fr. Conradus Astensis bonus homo et doctus. Insuper dictus Marcialis fuit a dicto pontifice suspensus ab officio in Capitulo quod celebratum est Romae et ibidem factus fuit processus contra eum, sed ipse prevaluit et posterius rexit Ordinem .v. annis et obiit in civitate sua.

[p. 2 | b .vii.] Obiit Jacobus Gerardi. Ipse fuit devotus Ordini, et in vita sua procuravit conventum in festo beatae Catarinae, ordinavit etiam quod de bonis suis eodem die in perpetuum procuretur. De eleemosynis etiam suis nostrum est Capitulum constructum. Et in fine habuit conventus de bonis suis bonam eleemosynam.

[1292]

[fol. 22 p. 1 | d .iii. nonas] Obiit domina de S. Poncio quae multum fuit devota Ordini, ordinavit autem in vita sua .iii. anniversaria in perpetuum, unum pro fratre P. de Santo Poncio germano suo in die quo obiit, alia sunt in calendario isto notata. Preterea fecit nos heredes omnium bonorum mobilium et immobilium¹².

[1349]

[p. 2 | f .iii. id.] Anniversarium domini Petri de Santo Clemente cuius sepulcrum et suorum videtur esse antiquum cum aliis tumulis ad

¹¹ La primera iglesia de que se hace mención en este epígrafe es la primitiva capilla o iglesia que hubo en Sta. Catalina después que los religiosos se trasladaron de la casa de Pedro Gruny, de la calle de Sto. Domingo del Call al lugar que hoy ocupa el mercado de Sta. Catalina. La segunda, o grande iglesia, no fué empezada hasta el año 1245, gracias a la generosidad y ayuda del obispo de Gerona, Fr. Berenguer de Castellbisbal y no fué acabada hasta finales del mismo siglo.

¹² Bona de Sant Ponç era hermana de Fray Pedro de Sant Ponç, uno de los más insignes Priors de que tuvo Sta. Catalina en la segunda mitad del siglo XIII. Hablan de este insigne varón el P. Marsili en el vol. III, cap. 58 de su crónica y el P. Diago en la *Historia de la Provincia*, fol. 136v.^o

modum capellae in parte sinistra in ingressu atrii conventus januae que respicit ad meridiem, qua venitur de vicu Mercatorum. Qui reliquit conventui pannum de porpra cum signo proprio en les orles et recipit conventus l. solidos annuales en dos termens sobre lo Mas Vallorí en la Parròquia de S. Andreu de Palomar. Et vult quod ponatur super tumulum pannus ejus.

[1521]

[a idus] Anniversarium dominae Beatricis Daperosa et domini Johannis viri sui, quae domina hac die obiit. Et dimisit omnia bona sua inter quatuor conventus quae multa erant revera, quae equis portionibus fuerunt divisa, pro quo, si placet, vide hic supra a .xv. de juliol y a .xv. de febrer, altres anniversaris pro istis, quorum corpora cum habitu sunt sepulta cum Fratribus nostris in primo claustro.

[1266]

[fol. 23 p. 1 | a .xi. kal. novembbris] Obiit R. de Bagnariis. Ipse fuit devotus Ordini et ordinavit in suo testamento quod bis in anno conventus in perpetuum procuretur.

[p. 2 | a | .iiii.] Obiit domina Berengaria de Mayoies. Ipsa fuit devota et multum benefica et construxit alam et altare B. Mariae cum omnibus aparamentis suis et in fine habuit conventus bonam eleemosynam.

[b .iii.] Obiit domina Berengaria de Alantornt de Minorisa quae instituit anniversarium .xxxx. solidorum annuatim in perpetuum ita quod non possit alienari modo aliquo, quod si fieret ipso facto pertinet ad Fratres Minores.

[1521]

[fol. 24 p. 1 | g .ii. nonas novembbris] Anniversarium domine Anne Capile domicelle pro cuius eleemosyna conventus recipit .xxv. ss. vi d^s et conventus tenetur ponere .iiii. cereos et panem pro offertorio in ejus celebratione. Reliquit etiam pro celebratione unius misse de Requiem qualibet hebdomada l. ss. in Capella SS. Stephani et Georgii martirum in qua corpus illius sepultum fuit en lo carner dels Çapiles. Recipiuntur autem omnes isti .lxx. solidi xvii junii a Duce Cardone, vel a procuratore eius.

[a nonas] Obiit domina Garsendis de S. Poncio. Ipsa fuit devota et multum benefica Ordini et in vita sua nove ecclesie magnam partem construxit. et fecit etiam magnam partem loci Fratrum.

[1535]

[d .vi. idus] Anniversarium domine Hieronime Sanjaume cum .xx. missis celebrandis eodem die pro eius intensione, cuius corpus cum habitu Ordinis sepultum fuit in sepulcro et carnerio extra capellam et gradus capelle SS. Joannis Baptiste et Joannis Evangeliste in nostra ecclesia. Clausula testamenti est in libro Confratrie sancte Catharine, quia hanc solvunt administratores dicte Confratrie quo libet anno statim.

[pag. 2 | b idus] Anno domini M.CCLXVIII idibus novembris obiit apud Hispalim Dominus Berengarius de Moncada etc., sicut pag. 2.

[fol. 25 p. 2 | d .iii. kals. decembris] Anniversarium R. P. Fr. Anthoni Font cuius corpus cum habitu nostro sepultum est inter Fratres in claustro primo prope Capitulum, qui existens in seculo acquisivit aliqua bona temporalia et censualia que omnia conventui isto reliquit tali pacto et conditione, ut celebrarentur qualibet ebdomada due misse lecte, scilicet, feria tertia in altari S. Dominici et feria sexta in altari sancte Chatharine martyris et unum anniversarium prope Adventum Domini quo tempore ipse obiit ex pleuresi; habebat autem a Summo Pontifice licentiam testandi, prout fecit, eo quia obligabatur alicui defunctorum que legaverat ei bona temporalia sub tali condicione.

[fol. 26 p. 2 | g .xvii. kal. jan.] Anno Domini M.CCLXIII recepte sunt sacrosancte reliquie Corone Domini, spina scilicet una a domino A. de Gurbo Barchin. episcopo, cum clero et populo porcessionaliter occurrente, et ad ecclesiam Fratrum honorifice deportata et in Sacristia reposita. Has venerabiles reliquias misit Fratribus Barchin. Conventus, per fratrem cinis Dominus Ludovicus rex Francie cuius super hoc debet esse in domo literat testimonialis cum sigillo suo.

Hic Ludovicus est qui obiit M.CCLXX et postmodum canonizatus est et fit festum in ecclesia de eo, et fuit contemporaneus cum sancto Thoma de Aquino nostri Ordinis Doctoris Angelici qui anno M.CCLXXIV obiit¹⁸.

¹⁸ Es curioso ver en el *Liber A.* este epígrafe, que no tiene ninguna relación con la fundación de los aniversarios. Es sencillamente una breve reseña de la venida a Sta. Catalina de una espina de la Corona del Señor, obsequio de S. Luis, rey de Francia, a los religiosos de este convento. Por la manera de referirse a Sto. Tomás se deduce que el texto es posterior a la canonización de este santo (año 1323). Esta reseña, fuera de lugar en las páginas del *Liber A.*, demuestra, al menos, la consideración y respeto que a dicho libro tenían ya en el siglo XIV los religiosos de Sta. Catalina, que no querían faltara en el mismo, acontecimiento tan señalado.

[fol. 27 p. I | f. xi.] Obiit G. de Olzeto. Ipse fuit devotus Ordini et in suo testamento ordinavit quod heres suus facheret duas tortas ad elevationem Corporis Jesuchristi. Fecit etiam missale et calicem S. Petri. et in perpetuum.

FR. LESMES ALCALDE, O. P.

Burgos.